



Universitätsbibliothek Paderborn

V. P. Gasparis Druzbicki, Societatis Jesu, Opera Omnia Ascetica

Aucta Duobus Opusculis De Effectibus, Fructu, Et Applicatione Sanctissimi
Missæ Sacrificii, Et De Sublimitate Perfectionis Religiosæ. Catalogum
Tractatum Asceticorum Omnium Vicina Post Dedicacionem Pagina
Indicabit

V. P. Gasparis Druzbicki, Societatis Jesu, Fasciculus Exercitiorum Et
Considerationum, De Præcipuis Veritatibus Christianæ Fidei Et Sapientiæ -
Ad efformationem Christianæ vitæ, consecutionem salutis æternæ
collectus: & usui accommodatus

Druzbicki, Kaspar

Ingolstadii, 1732

VD18 90066332

Pars XIII. Erga Cœlestem Beatitudinem.

urn:nbn:de:hbz:466:1-45396

EXERCITIORUM

PARS XIII.

Erga Cælestem Beatitudinem.

EXERCITIUM I.

De Cælestis Beatitudinis Magnitudine.

1. **S**tatue te in Cælo præsentem, & intra in locum tabernaculi admirabilis, in domum Dei, in voce exultationis & confessionis: sonus epulantis cælestem Beatitudinem.

2. Indaga, & exquire magnitudinem cælestis beatitudinis: quàm, sicut multa, eaque magna, ac planè maxima bona constituunt, ita etiam eandem ostendunt.

1. Constituit, atque etiam ostendit magnitudinem cælestis beatitudinis, absentia & exclusio omnis penitùs mali, & molesti, & metuendi. *Non est enim ibi, neque mors, neque luctus, neque Apoc. 21. 4.* dolor: quoniam transeunt hæc omnia ante beatitudinem, & non intrant in eam: siquidem Deus *abstergit omnem lachrymam, quin & lachrymarum Apoc. 21. 4.* memoriam: nisi in quantum earum meminisse, confert ipsi Beatitudinis.

2. Constituit atque ostendit magnitudinem cælestis beatitudinis, præsentia, & possessio omnis penitùs boni, quodcunque beatitudinem decet.

Si

DRUR
SICKI
•: absce
n II
V
7

retribun
taberna
e mortis,
itas, vi
cum San
io Domi
eor, quia
nis à San
re, si non
s, da san
tabit vi
re, quan
calo, &
ergo dif
ec finis ut
upio cum
te cum
hæc uti
rtio ma
os habere
ergo tra
, & lu
este! pa
e nos cirò
e illi ve
e vincula
& accin
m laudis
em adhu
des nostr
cui glo
XER.

Si quidem Effentia beatitudinis, atque natura, hoc exigit: atque in eo consistit, ut sit status omnium bonorum aggregatione perfectus. Habet ergo status ille omne bonum honestum: est enim honestissimus, & nullâ turpitudine inquinatus: sed per omnia summæ Rationis dictamina decorus: habet quoque status ille omne bonum jucundum, explens, imò & superans omnem sensum Animæ & Corporis beati, mentis & cordis, Intellectûs & Voluntatis, & memoriæ, & imaginatio- nis, gustu jucundissimæ, sanctissimæque simul voluptatis, absque ullo intercurso amaritudinis. Habet etiam status ille beatitudinis omne bonum utile: quatenus habet omne id quodcunque confert ad perfruendum illo statu, absque ullo impedimento: & absque omni eo quod beatitudinis gustui fructuique non conducit. Unde ibi locus merendi non est, tum quia status est, in quo statum, non pergitur; tum quia in merendo labor esse debet, cujus molestiam beatitudo non admittit.

3. Constituit, atque ostendit magnitudinem cælestis beatitudinis Deus ipse: quia ille est, qui beatitudine possidetur, & possidendo possidentem beatificat: ille est, quem beati facie ad faciem intuentur, intuendo eundem tenent, tenendo gaudent, gaudendo fruuntur, & beati sunt. Et quia Deo, majus nihil est in omni bono; ideo etiam beatitudine, quam constituit Deus, ut objectum ejus, majus nihil est: adeo ut nec beatitudo ipsa, quantum ad hoc suum objectum, esse major possit, perinde ut etiam ipso Deo majus nihil esse potest: & uti Deus ipse major esse nullo modo in semetipso potest. Atque hoc illud est, quod ipse Deus, datâ fide adpromisit Abrahamæ, omnibusque ad

adejus fidem pertinentibus dicens: *Ego ero merces tua magna nimis, &c.* *Genes. 15. 1*

4. Constituit, atque ostendit magnitudinem cælestis beatitudinis, Verbum Incarnatum, Deus-Homo, Christus JESUS Dominus, Redemptor, Salvator, Glorificator noster. Hic constituit beatitudinem cælestem, & quatenus Deus, & quatenus Homo Deus. Humanitas enim ejus constituit beatitudinem quasi corporalem (sicut Divinitas spiritualem) hominum beatorum, in quibus, quantum ad corpora, consistit beatitudo præcipuè in Visione Humanitatis Christi Deificatæ, seu Verbo unitæ. Idem Deus homo, ostendit magnitudinem cælestis beatitudinis, quia propter illam nobis constituendam, promerendam, afferendam, conferendamque, Verbum Caro factum est, & habitavit in nobis: tantumque laborum, & sumptuum sanguineorum, & lethalium exhaustit: quod certè immensam quandam magnitudinem beatitudinis cælestis, argumento plusquam irrefragabili evincit.

5. Constituit & ostendit magnitudinem cælestis beatitudinis, præsentia Dei Matris: omniumque Beatorum, tam Angelorum, quàm Hominum in Cælo: quorum omnium, & pulchritudo, & multitudo; statusque beatitudinis, & gloriæ, admirabilem, & prorsùs (nisi ab ipsis beatis) incogitabilem, efficit magnitudinem cælestis beatitudinis. Unius quidem DEI Matris beatifica gloria, tanta est, quanta ex eo conjici potest, quòd post Filium suum Deum hominem, peculiarem, & omnibus beatis, beatorumque choris eminentiorem gloriæ chorum, seu Hierarchiæ ordinem constituat. Cui accedunt omnes reliqui beati,

quorum unus quisque refulget sicut Sol, in conspectu tam Dei, quam omnium aliorum Beatorum.

6. Eandem magnitudinem beatitudinis cælestis constituunt & ostendunt maximi Sanctorum omnium labores, ab eis in hac vitâ propter beatitudinem exantlati. Constituunt quidem illam, meritorie: quia tantorum laborum atque meritorum, & par, & major, (quia ultra condignum remuneratur suos Deus in cælo) debet esse præmiatio, hoc est, beatitudo: ostendunt autem ejusdem magnitudinem: quia nunquam tanta certamina proposuisset sanctis suis Deus in hac vitâ decertanda, nisi sua Divinâ liberalitate summè condigna, & omnibus certaminibus, longè ac longissimè etiam, majora, assignasset præmia.

7. Constituit atque ostendit magnitudinem cælestis beatitudinis hæc ipsa modò adductæ remunerationis magnitudo: cujus mensura, in immensum transcendit merita, laboresque Sanctorum in hac vitâ: luculenter asserente Aposto-

2. Cor. 4. 17. 10: *momentaneum, & leve tribulationis hujus, quod in præsentem est, immensum supra modum gloriae pondus operatur in nobis. Quod ipsum etiam Dominus JESUS attestatus est, cum dixit;*

Luc. 6. 38. *ram bonam, confertam, coagitatam, & supereffluentem dabunt in sinus vestros. Nimirum;*

Matth. 5. 12. *vestra copiosa est in Cælo.*

8. Constituit & ostendit magnitudinem Cælestis beatitudinis æternitas ejus. Nisi enim beatitudo illa æternitatem sibi conjunctam haberet de eâque beati nisi certi & securi essent, nec isti vere beati, neque illâ verè beatitudo esset: sed

qui

quia æterna est, idcirco verissima, plenissima, & omnium maxima beatitudo est. Talis est: qualis, etsi revera est; qualis tamen fit, nec oculus vidit, nec auris audivit, nec in cor hominis ascendit.

3. Magnitudinem cælestis beatitudinis adhuc indagare potes, secundum quadruplicem mensuram Sacræ Scripturæ usitatam, etiam dum de hac ipsa beatitudine sub figurâ Civitatis loquitur: cujus & longitudo, & altitudo, & latitudo, æqualia sunt.

Altitudo Beatitudinis, est suprema, quæ quidem esse potest. Nam attingit, imò complectitur, ipsummet (quantus quantus est) Deum, ejusque beatitudinem, & quidem sicuti est, & facie ad faciem. Itaque, eo bono, beatos suos, quo & semetipsum, beatificat Deus.

Latitudo Beatitudinis cælestis, in eo est sita: quod comprehendat omne Ens Intellectuale, in quo solo est capacitas beatitudinis veræ, & supremæ. Continet Deum Unitrinum, Deum Incarnatum, Dei Matrem, Angelos puros spiritûs, Homines Spiritu & Corpore constantes. In eo etiam sita est latitudo ejus: quia comprehendit in se omnem Ecclesiæ Dei gradum, & partem: prout modo dictum est. In eo etiam sita est latitudo beatitudinis cælestis, quia comprehendit, & adæquat, & excedit merita, in remunerando, omnium, & singulorum Beatorum, omnia, & singula etiam minutissima merita: etiam solum cogitata, solum animo concepta, & destinata. In eo etiam sita est latitudo ejus: quia in omnes, singulosque beatos, suâ quadam portione diffunditur: ita afficiens singulos, ut simul afficiat

Druck
Sick
II
V
7

omnes: ita verò omnes, ut simul etiam singulos: ita ut unius alicujus beatitudo, sit suo modo omnium: & omnium beatitudo, sit nihilominus singulorum.

Longitudo cælestis beatitudinis, sita est in comprehensione omnis durationis, qua durat, durabitque Oeconomia Dei, quæ est Ecclesia ejusdem, ex Angelis & hominibus constituta. Complectitur enim beatitudo cælestis sæcula omnia ab origine Mundi tam invisibilis, quam visibilis: adjunctâ etiam æternitate, cujus longitudinis non est finis, ac ideo etiam nec beatitudinis erit.

Profunditatem Beatitudinis cælestis, Sacra scriptura loco citato non commemorat: tum quia in commemoratis ibi à se fundamentis eam fortè supposuit: tum quia fortè in altitudine conclusit, profunditas enim & altitudo, solis terminis differunt, aliàs in eodem consistunt. Possumus tamen dicere, profunditatem beatitudinis cælestis, consistere in eo; quòd secundùm profundissimas, & investigabiles, incomprehensasque, Sapientiæ, Justitiæ, Misericordiæ, Veritatis, Charitatis, Voluntatisque vias, judicia, & ordinationes atque decreta, procuretur, & conferatur singulis quibusque Beatis. Hic licet cum Paulo exclamare; *O altitudo divitiarum, Sapientiæ, & Scientiæ Dei: quàm incomprehensibilia sunt judicia ejus, & investigabiles viæ ejus. Quis enim cognovit sensum Domini, aut quis Consiliarius ejus fuit?* Hoc dum omnes Beati, tum in seipsis, tum in aliis advertunt; in immensas, & simul sacri horroris, simul stupendæ admirationis, exultationisque demerguntur plenissimas
jubi-

Rom. II. 33.

O altitudo divitiarum, Sapientiæ, & Scientiæ Dei: quàm incomprehensibilia sunt judicia ejus, & investigabiles viæ ejus. Quis enim cognovit sensum Domini, aut quis Consiliarius ejus fuit? Hoc dum omnes Beati, tum in seipsis, tum in aliis advertunt; in immensas, & simul sacri horroris, simul stupendæ admirationis, exultationisque demerguntur plenissimas

jubilationes, exaltationes, gratiarum actiones, congratulationes, laudationes, satietates.

Tunc videbis, & afflues, & mirabitur, & dilatabitur cor tuum, ô quisquis mereberis in fortem devenire Beatorum. Tunc mirabimur, & stupescemus, nos esse beatitudine donatos, qui fuimus millies damnationis æternæ rei: tunc mirabimur salvos, beatosque esse, quorum salus apud nos fuit desperata: tunc mirabimur magnos, eximiosque coram Deo sanctos esse, qui nobis gregarii etiam justî non videbantur: tunc mirabimur, à Deo præmiari, minutissima, & vilissima facta, studiaque nostra. Tunc comprehendemus, quomodo non fuerint condignæ passionnes hujus temporis, ad illam gloriam, quæ per beatificationem revelabitur in nobis. Tunc justissimè dicemus admirantes, illud filiorum Israel, *Manhu? Manhu? quid est hoc?* quid hoc est, quod pro micis, minutiis, momentisque laborum nostrorum, pro Dei honore, tanta beatitudinis in nos effundantur à Deo profluvia? Tunc videbimus, fatebimur, & dicemus cum Psalmistâ; *Dominus diluvium inhabitare facit in Domo sua*, in cælesti domicilio. in qualibet Anima beatâ. Verè enim non stillicidiis, non torrentibus, non fontibus, non oceanis, sed ipsis diluviis suæ Magnificentiæ, inundabit Deus, omnes & singulos Beatos.

Isaie 50. 5.

Exod. 16. 15.

Psal. 22. 10.

Ergo Magna est, Magna, Magna nimis, cælestis beatitudinis Magnitudo, cui comparari nihil potest; quàm Deo, qui est illa beatitudo, conferri nihil potest.

Druck
Sicki
480
n II
V
7

P R A X I S.

O Israel: quàm Magna, quàm spatiosa, quàm immensa est Domus Dei nostri! Cujus fundamenta Montes Sancti, cujus Altitudo DEUS, cujus Longitudo æternitas, cujus Latitudo immensitas, cujus profundum incomprehensibilitas? O Israel! quàm ingens est locus habitationis Domini Dei nostri, sive in quo ille habitat solus, soli sibi comprehensus, sive in quem introire facit, & in quo habitare jubet fratres, unius moris secum. O Domus, cujus Magnitudo nescit mensuram, non habet terminum, angustias ignorat, plenitudinem eam solam novit, quâ implet omnes intrantes in Gaudium Domini sui. Sic enim illam implent inhabitantes in eâ, ut ipsi magis impleantur ab illa, & ideo semper plena est, & tamen adhuc locus est intraturis in ipsam. O Jerusalem, Civitas Sancta, & Sanctorum! O Jerusalem Urbs Beata, & Beatorum! O Jerusalem! Civitas gloriosa, & glorificatorum à Deo, & in Deo, & de Deo. Ah! quàm beatus ego ero, si fuerint reliquie seminis mei, ad videndam claritatem tuam! cum ingressus portas tuas, confitebor Domino super omnes laudationes ejus: & magnificabitur Anima mea vehementer, valde, nimis, super omnes dies vite mee, usque in omnes dies beatitudinis æternæ.

EXERCITIUM II.

De Cælestis Beatitudinis Amore, & estimatione.

1. **S**Tatue te in Cælo præsentem, & intra in locum tabernaculi admirabilis, usque ad Domum

Domum Dei, in voce exultationis, & confessionis. Sonus epulantis.

2. Quærere, vel affirmare, an & quòd Beatitudo cælestis amanda æstimandavè sit; perinde videtur supervacaneum: ut esset, quærere; an plumbum debeat deorsum tendere, an oculis luce delectari: an vivens vitam suam amare.

3. Cælestis beatitudo amanda & æstimanda, summè amanda, & summè æstimanda est.

1. Quia est Bona; imò Bonum super omne bonum; continens omne bonum. Bonum autem, est amabile, appetibile, æstimabile: & quo aliquid est magis vel majus bonum, eò est magis amandum æstimandumque. Esse autem Beatitudinem cælestem summum bonum; jam superius, visum est.

2. Accedit; quod Beatitudo cælestis, est bona, & bonum inprimis quidem Dei: & Deo: est bona nobis & bonum nostrum: est bona nostris, bonumque nostrorum, amicorum, atque fratrum: quorum bonum, non minùs quam nostrum, Dei autem, etiam plùs quam aut proprium, aut omnium nostrùm delectare nos debet, & de facto in cælo delectat: summè ergo æstimanda est Beatitudo.

3. Adde, quod cælestem Beatitudinem, Deus, summus, optimusque rerum æstimator, omnisque æstimationis regula: summè æstimavit, & æstimat, & æstimabit omnino semper, idque summâ, & æstimandi æquissimâ ratione. Eâ nimirùm, quâ & semetipsum æstimat, æstimareque debet: quandoquidem inde beatus est ipse, unde & nos beatos reddit, videlicet ex semetipso. Quis autem dubitat, deberi à se summopere

Druck
Sicki
4802
n II
V
7

more amari æstimarique, id, quod Deus sum-
more amat, ac æstimat: id inquam; quo Bea-
tus est, quo nos beatos facit, quo ipse, & sua,
& nostra beatitudo est?

4. Jam si attendimus, quanti amata & æsti-
mata sit à Sapientiâ Æternâ, Verbo Incarnato,
Deo nostro JESU Christo cælestis beatitudo;
nemo certè, nisi planè insipientiæ filius, dubi-
tabit, summè amandam, summèque æstimandam
esse cælestem Beatitudinem. Attendamus
& æstimemus, si possumus, labores, & sum-
ptûs, Domini nostri JESU Christi, quos ille
impendit in beatitudinem cælestem acquirendam,
conferendamque nobis, & ex horum in-
æstimabili æstimatione, æstimemus pretium bea-
titudinis, æstimemus, & decernamus, quàm
summi æstimanda, amandaque à nobis sit:

5. Huc facit, quòd tam inæstimabiles Chri-
sti Domini impensæ, cælesti Beatitudine solâ,
sint dignè recompensatæ à Deo Patre: Christus-
que hac solâ recompensatione impensarum sua-
rum, laborumque, atque adeò ipsius amarissi-
mæ, insimulque pretiosissimæ mortis, conten-
tus esse voluit: Manifestum ergo est, beatitudi-
nem hanc, summè, & super summè æstimabi-
lem, æstimandamque esse.

6. Id quod etiam idem Dominus noster ver-
bis suis commendavit sæpiùs. Ut v. g. cum di-
xit, in hoc, super omnia *gaudendum* esse suis
discipulis, *quod Nomina eorum scripta essent in Cæ-
lo*: quòd scilicet ad fruendum cælesti beatitudi-
ne essent delecti. Item: *quid prodest homini si
universum mundum lucretur: se autem ipsum perdat,
animæque suæ detrimentum patiatur, excidendo à
posses-*

Luc. 10. 20.

Matth. 16. 26.

possessione cælestis beatitudinis? Item: *Hæc Luc. 24. 26.*
oportuit Christum pati, & ita introire in Gloriam
suam: Mereri scilicet, & sibi (esto aliunde suam;
& sibi debitam) & nobis, beatitudinem cæle-
stem. Si ergo Dominus Beatitudinem cælestem
jam alioqui ex unione Hypostaticâ suam, nihil-
ominus Passionis, atque mortis suæ impensâ
quærendam, emendamque sibi putavit; quanti
ea æstimanda erit, & quantis impensis à nobis
æstimanda, procurandaque à nobis?

7. Atque hoc est, quòd Sancti omnes tanto
 amore flagraverint cælestis beatitudinis, tanti-
 que illam æstimaverint, ut nullis sibi impensis,
 laborum, dolorum, cruciatuum, damnorum,
 vitæ, famæ, mortisque, parcendum propter
 ejus affecutionem putaverint: imò omnem ja-
 cturam universi mundi pro illâ, & præ illâ, ni-
 hil aut etiam lucrum omnino esse censuerint.
Itaque secti sunt, lapidati sunt, &c. Itaque sicut de-
siderat cervus ad fontes aquarum, ita illi desiderabant
ad DEUM fontem vivum, &c. aspicientes in re-
muneracionem.

Hebr. 11. 27.

Pf. 41. 2. & 3.

8. Æstimanda quoque, & amanda omni
 amore est Beatitudo cælestis, ex eo capite, quia
 est Christi merces: non solum in eo sensu, quia
 est Christo bona; (ut supra attigi) nec solum
 præcisè ex eo, quia illam nobis meruit; verum
 etiam ex eo, quia illam nobis ipse confert, tan-
 quam Caput membris, tanquam pater filiis, tan-
 quam heres coheredibus, tanquam major natu-
 frater natu minoribus, tanquam amicus amicis,
 tanquam imperator militibus, tanquam Domi-
 nus fidelibus servis, tanquam Sponsus Sponsis,
 tanquam supremus vineæ Dei procurator, ope-
 rariis

rariis. Proinde quisquis Christum amat, eique optimè vult, amare, & æstimare, quàm maximè debet cælestem Beatitudinem, tanquam eam, quæ est summum, & singulare præmium, & recompensatio laborum omnium Christi.

9. Super omnia verò amanda, & æstimanda, est cælestis beatitudo à nobis, quia illa est summum ultimumque bonum Dei nostri, quod ille potest & vult habere, & quod habet à nobis. Non potest enim quidquam amplius, quidquam melius, five creatura rationalis, reddere, præstareque Deo, five Deus eidem conferre ac exhibere, five ab eadem percipere, quàm possessionem, fruitionemque Beatificam, quâ & Creaturis Deus ultimatè fruitur, & ipsæ creatura Deo quoque ultimatè, tanquam summo bono suo, & plenissimè à se possessio, fruuntur. Quocirca amare æstimareque Beatitudinem cælestem, idem est, quod amare, & æstimare Deum, ejusque possessionem, & fruitionem. Quod si quis dicat, se Deum amare, beatitudinem verò non item: is perinde dicet, ac si diceret, Amo Deum; sed summè, sed perfectissimè non amo, neque amare cupio. Perfectissimè enim amare, est beatificè amare, est beatificè Deum habere, Deo frui, Beatum esse.

10. Atque ut omnia in summam, redigantur, ob quæ, cælestis beatitudo, amanda, & æstimanda est, quàm maximè. Amandus, æstimandus est talis status, in quo sunt omnia digna æstimatione & amore, ita ut nihil ei desit in omni bono, in omni gratiâ, in omni desiderabili: qui status habeatur, possideaturque, pleno jure, plenâ securitate, in omnem æternitatem. Ejusmodi
status

statu
præte

O
gaud
tari à
gaud
sicut
tatio
ô Ecc
dignè
lauda
rum,
rorun
lauda
lam p
illam
quien
ubi p
nite,
mate,
locus
DEI
fiduci
opuler
tione
num.
possid

status est, cælestis Beatitudinis: & alius nullus præter ipsum.

P R A X I S.

O Amare, ô Ire, ô sibi perire, ô ad DEUM pervenire! ô possidere DEUM! ô frui DEO! ô gaudere de DEO! ô hereditare DEUM! ô hereditari à DEO, in æternum. Sicut letantium, sicut gaudentium, sicut exultantium, sicut jubilantium, sicut triumphantium, sicut beatorum omnium habitatio est in te ô Domus, ô Civitas, ô Congregatio, ô Ecclesia Sanctorum! Et quis dignè amabit, quis dignè estimabit, quis dignè appretiabit, quis dignè laudabit, te, ô patria, ô possessio, ô hereditas justorum, & regnantium, & requiescentium, & securorum. O quàm jucundus, quàm speciosus, quàm laudabilis populus, qui scit illam jubilationem, illam possessionem, illam pacem, illam laudationem, illam exultationem, illam securitatem, illam requiem! O homines, qui dicitis Deo; indica mihi, ubi pascas, ubi cubes, ubi habites in meridie? Venite, & videte: Venite, & amate, videte, & estimate; quàm magna est Domus Dei, & quàm ingens locus habitationis ejus! Videte quomodo populus DEI sedeat in pulchritudine pacis, in tabernaculis fiducia, in requie opulentâ! Opulentâ omni bono, opulentâ ipso DEO, opulentâ possessione, & fruitione ipsius DEI, omniumque bonorum ejus in æternum. O amare, ô estimare, ô ire, ô pervenire, ô possidere!

EXER-

EXERCITIUM III.

De Cælestis Beatitudinis Desiderio.

1. **S**Tatue te in cælo præsentem, & intra in illum locum tabernaculi admirabilis: usque ad Domum Dei: in voce exultationis, & confessionis, sonus epulantis.

2. Revoca in memoriam cælestis Beatitudinis magnitudinem, ejusdemque Amorem, ac pretium inæstimabile in animo exfuscita, atque in desiderium ejus, omni magno majus, omni ardente ardentius inardesce.

3. Quid enim prodest amare, aut æstimare cælestem Beatitudinem, si non audeas, si non consuecas eandem desiderare, & ardentem quidem, atque adeo ardentissimè desiderare? Sic ergo ametur beatitudo, ut etiam desideretur, sic æstimetur, ut simul etiam concupiscatur.

4. Desideranda ergo est cælestis Beatitudo.

1. Quia ideo præparata est: ideo magna nimis præparata, proposita, promissa est, ut ametur, & amando desideretur. Sicut enim scienti bonum & non facienti, sic amanti bonum, & non concupiscenti illud, peccatum est illi.

2. Desideranda est Beatitudo cælestis: quia pro magnitudine desiderii datur: ut ergo multum accipias, multum, & valde desidera.

3. Desideranda est: quia desiderando ad eamitur: non movetur Anima pedibus, sed affectibus: gressus ejus, desideria ejus. Valde ergo, & assiduo desidera, ut magnis passibus pervenias, & apprehendas. *Sic currite (monet Paulus) ut comprehendatis.*

1. Corinth.
9. 24.

4. De-

4. Desideranda est: quia desiderium ejus, est stimulus ad conquisitionem ejus. Non habebis illam, nisi sedulo conquisiveris, nisi infatigabiliter laboraveris: non laborabis, nisi te desideria indefessa stimularint: si ergo desideras habere, desidera & laborare. Nam ad magna præmia, non pervenitur; nisi per magnos labores: qui tamen præmiis comparati, parvi, & pauci, & leves sunt semper: illi crede qui de se testatur; Videte quia *modicum laboravi, & inveni mihi multam requiem.* *Eccl. 31. 35.*

5. Desideranda est: quia ideo ostenditur & promittitur, & laudatur, ut quam cupidissimè desideretur: tanquam si pretium ejus, sit quàm maximum desiderium ejus.

6. Desideranda est: quia ideo differtur, ut eam habiturus, desiderando capacior reddatur. Angustum est vasculum cordis nostri: Beatitudo autem non habet magnitudinis modum: dilatare itaque desideriiis tuis, semper, semperque majoribus, vastioribus, ardentioribus: ut habeas unde capias: quanquam non tu capies illam, sed illa magis capiet te: dicente Domino: *serve bone, & fidelis, intra in gaudium Domini tui.* *Sicut piscis desiderat aquam: sed non ipse capit illam, verùm illa comprehendit ipsum.* *Matth. 25. 21.*

7. Desideranda est: quia dum illa desideratur, omnia desiderabilia, & desideranda simul desiderantur. Deus, & omnia bona ejus: Christus, & omnis gloria ejus: Sanctorum cohabitatio, & omnis felicitas ejus. Hæc desiderantur, dum cælestis beatitudo desideratur, prout etiam hæc habentur, dum illa habetur: desideran-

Druck
Sicki
: 480
n II
V
7

derantur autem hæc, non solum nobis, sed simul Deo, Christo, & omnibus Sanctis.

8. Desideranda est cælestis beatitudo: quia sicut non desiderare illam, argumentum est miserimè affectæ Animæ, terrenisque, & carnalibus immerse, ac propterea Deo ingratiſſimæ, atque ad beatitudinem prorsus ineptæ: ita è contrario, ardentissimè beatitudinem desiderare, indubitatum indicium est, Animæ à Carne, & sensibus, sensibilibusque separata, ac ideo tum Deo quàm gratissimæ, tum Dei, ejusque bonorum quàm capacissimæ, & perquam dignissimæ.

9. Desideranda est: quia illam infiniti & ignorant, & contemnunt, & desiderare atque procurare negligunt: non absque summæ ingratiſſimæ reatu in Deum, & in Christum ejus: cum summâ atque extremâ, irremediabilique animarum suarum pernicie. Ut ergo confundantur, tanti boni ignorantes, contemptores, neglectores; ut eorum ruinæ impleantur; ut gustus Dei, atque Christi ejus contentetur; atque nuptiæ ejus, & domus ejus plenitudine convivarum expleatur; nos oportet festinare, nos desiderare, ad illam requiem, ad illam domum, ad illam cænam, ad illas nuptias. Currite ergo, currite fratres: non enim soli Angeli, sed & ipse Angelorum nos Creator expectat. Nuptiæ paratæ sunt, sed nondum plena domus, adhuc expectantur, per quas nuptiæ impleantur. Denique, nuptiæ quidem paratæ sunt, sed qui invitati erant non fuerunt digni, ite ergo ad exitus viarum.

10. Desideranda est, cælestis beatitudo: quis enim peregrinus non festinat ad Patriam? quis exul

exul ad regionem suam? quis navigans ad portum? quis operarius ad mercedem? quis miles ad stipendia? quis captivus ad libertatem? Quæ sponsa non suspirat ad Sponsum suum? & sola Anima, non desiderabit Deum suum?

II. Desideranda est: quia cum hîc, sit locus, & terra exilii, terra doloris, terra ægritudinis, terra periculorum, insidiarum, ærumnarumque: terra sterilitatis & famis: terra duræ servitutis, & perpetui discriminis, terra laqueorum & mortis: quis non desideret ad terram viventium, ad terram lætantium, ad terram triumphantium, ad terram regnantium, ad terram beatorum, & securè quidem, atque æternaliter beatorum: neque enim aliter beatorum.

P R A X I S.

DEUS meus, vita mea, beatitudo, dulcedo, laus mea sancta, amabilis, & æterna. Quemadmodum desiderat cervus ad vitæ fontes aquarum, sic Anima mea tota sitit ad te Deum, fontem vivum, fontem verum, fontem indeficientem. O æterna Veritas, & vera Charitas, & chara æternitas. Tu es DEUS meus, & omne bonum meum, & una, atque plena beatitudo mea: Ecce tibi suspiro, omni, & totâ die, ac nocte. Deus meus, & Decus meum, & Dulcedo mea, magis autem tua. Ecce audivi vocem tuam post me, ut venirem: & vix audivi propter tumultus peccatorum meorum. Et ecce jam venio æstuans, & anhelans ad fontem. O Cælum Cæli! ô pulchra, ô luminosa domus! dilexi decorem tuum, & locum habitationis gloriæ Domini mei. Tibi suspirat peregrinatio mea, & dico ei, qui fecit te, & me ad te, ut possideat & me in te, quia fecit & me propter te.

Tunc

Tunc in pace in idipsum dormiam; & requiescam, quando absorbebitur mors in vitâ, pugna in victoriâ, miseria in beatitudine, momentum in eternitate. Et tu o Domine Deus meus, decus meum, desiderium desiderii mei: quando erit mihi gaudium, quod non datur impiis & ingratis, sed eis qui te gratis colunt, quorum gaudium tu ipse es? O in pace: o in idipsum obdormiam, & requiescam! Ipsa est Beata Vita: gaudere ad te, de te, propter te, ipsa est, & non altera. Tu me trabe: & curram post te in odorem unguentorum tuorum: & cantabo tibi amatoria, gemens inenarrabiles gemitus in hac peregrinatione meâ, & recordans Jerusalem, extento in eam Sursum Corde, Hierusalem, illam patriam meam, Teque super eam regnatorem, illustratorem, Patrem, Sponsum, tutorem, castas & fortes delicias, & solidum gaudium: & omnia bona ineffabilia, simul omnia, & unum omnia, quia unum, & summum, & verum, & æternum bonum omnia. Obsecro te per Matrem Charitatem, obsecro te, dic mihi: quando veniam ad Te? quando effundam super me Animam meam, in vocem exultationis, & confessionis, soni festivitatem beatam celebrantis? quando erit mihi illud Mane, in quo astabo, & videbo, & fruatur te, & semper confitebor tibi? Da mihi te Deus meus: redde te mihi celsitudo humilitatis meæ, & requies laboris mei. En amo, en desidero, en ardesco: & si parum, imò, quia valde parum est, amem validius, & desiderem ardentius. Non possum metiri, ut sciam, quantum desit mihi, & amoris, & ardoris, ad id quod satis est, ut currat vita mea in amplexibus, atque ut confidam in te, purgatus, & eliquatus igne Amoris tui. O! tunc stabo, & solidabor in te, in formâ meâ, Veritate suâ. Nunc autem scio, & confiteor, quia male mihi est sine te,

*te, non
omnis
est.
fruem
strum
donec
ire!
accen
ferar
ascen
Latat
Domi*

De C

*1. S
ad Don
sonus
2. A
rum I
merce
merito
Dei, I
dit no
duxit,
que fi
cet ea
meriti
resque
& ipfa
prami
V. P*

te, non solum ex me, sed etiam in ipso me; quoniam
 omnis copia, quæ tu Deus meus non es, egestas mihi
 est. Deus meus, vera magnitudo mea; quando te
 fruemur, requies nostra, locus noster, centrum no-
 strum? Fecisti nos ad te, & inquietum est cor nostrum,
 donec requiescat in te. O amare! o ire! o sibi per-
 ire! o ad Deum pervenire! Accende me Deus meus:
 accende me dono igniti amoris, & desiderii tui, ut
 ferar sursum, ut inardescam, & vadam: ascendam
 ascensiones in corde, & cantem canticum graduum.
 Letatus sum in his, quæ dicta sunt mihi, in domum
 Domini ibimus.

EXERCITIUM IV.

*De Cælestis Beatitudinis per laborem acqui-
 sitione.*

1. **S**tatue te in Cælo præsentem: & intra in il-
 lum locum tabernaculi admirabilis: usque
 ad Domum Dei, in voce exultationis, & confessionis,
 sonus epulantis. Ps. 41. 5.

2. Adverte, cælestem Beatitudinem esse, & pu-
 rum Dei erga nos Donum: & simul tamen esse
 mercedem laborum nostrorum atque præmium
 meritorum. Est Donum, & gratia pura erga nos
 Dei, partim quia ex purissimâ suâ gratiâ condi-
 dit nos, atque direxit, elegit quoque atque de-
 duxit, ad illam tanquam ad summum, ultimum-
 que finem & bonum nostrum: partim quia li-
 cet eam apud Deum emereamur, laboribus,
 meritisque nostris, ipsa tamen illa merita, labo-
 resque, & per auxilia Gratia Dei fiunt à nobis,
 & ipsa etiam sunt pura Dei dona: ita ut DEUS
 præmio afficiens merita nostra, coronet in no-
 bis

V.P. Druzb. Op. V.

D d

bis

bis Dona sua. Est nihilominus cælestis beatitudo merces laborum, & præmium meritorum nostrorum: quia Deus, ita statuit eam à nobis obtineri, eâque conditione nobis eam conferre, ut eam laboribus nostris propriis, cum ejus tamen gratiâ elaboratis, acquireremus, emeremurque: & esset nobis à Deo debita, tanquam merces laborum, tanquam præmium meritorum, tanquam Corona certaminum, tanquam stipendium militantium, &c.

3. Hæc Veritas, duas alias nobis ingerit Veritates, tanquam conclusiones. Prima est: Orandum nobis esse jugiter atque humiliter, tam pro auxiliis gratiæ, ad obtinendam beatitudinem efficaciter necessariis, quàm ipsius beatitudinis reali efficacique obtentione. Altera est: Laborandum nobis esse infatigabiliter incessabiliterque pro elaborandâ, emerendaque actualiter & efficaciter beatitudine: ut in nobis impleatur etiam illud, quod in se, & à se Paulus impletum asserit; *Bonum certamen certavi, cursum consummavi, fidem servavi: in reliquo, reposita est mihi Corona justitiæ quam reddet mihi justus Judex: non solum autem mihi, sed & his qui diligunt adventum ejus.*

4. Laborandum ergo est pro cælesti beatitudine obtinenda.

1. Quia, (ut proximè dictum est) DEO ita ordinare placuit: ut non nisi per merita, laboresque proprios, cum gratiâ ipsius obitos, ab omnibus adultis & rationis compositibus obtineretur. Quibus laboribus destinata est vita præsens mortalis, ut ea durante, duraret quoque laborum, & sudorum, & certaminum, conatumque

2. Tim. 4. 7.

Corona justitiæ quam reddet mihi justus Judex: non solum autem mihi, sed & his qui diligunt adventum ejus.

que cælesti Beatitudine dignorum, tempus: hæc
verò exeunte, æternitas beatitudinis cælestis
succederet. Etsi enim illa Beatitudo tanta sit, ut
nobis succederet. Etsi enim illa Beatitudo tanta sit, ut
inferre, iuste pro ejus adeptione per omnem æternita-
ejus ta- tem laborandum sit; Noluit tamen Deus infini-
emere- tos, ac æternos esse labores, alioqui beatitudo
nquam illis æterna succedere nunquam posset. In quo
merito- immensa Dei agnoscenda, & amanda est libera-
nquam- litas: qui labores quidem nostros, finito, eoque
rit Ve- brevi termino definierit: laboribus tamen præ-
Oran- mia absque ullo termino, solâ æternitate circum-
scripserit.

2. Laborandum est pro cælesti beatitudine:
quia & honestior, & dulcior, & amplior sit cæ-
lestis beatitudo, eam obtinentibus; mediantibus
Laboribus laboribus, & sudoribus, atque certaminibus,
bilibiter & victoriis: quàm esset si merè gratis obveniret.
aliter & Quâ in re, Deus, de suæ bonitatis, atque munifi-
pleatur- centiæ laude, non nihil deterere videtur, ut no-
pletum- stræ consulat honestati, atque dulcedini. Ma-
consum- vult enim ipse videri Gloriæ suæ quasi mercator,
est mibi- & venditor, quam nos esse ob gratuitam beati-
ex: non- tudinis acceptionem erubescerent.

3. Laborandum est pro cælesti Beatitudine:
quia revera est magna, & omni Bono plena ni-
mis: proinde, omni, eodemque summo labo-
re, dignissima, & procuranda. Aliàs non vide-
retur adeo magna, & ampla, si vel nihil, vel ali-
quid parum agentibus, laborantibusvè nobis ob-
tingeret.

4. Laborandum est pro cælesti beatitudine:
quia Dominus noster JESUS CHRISTUS, pro eâ,
& sibi, & nobis obtinendâ laboravit, passusque
est dura omnia usque ad ipsam Crucis mortem.

Druck
Sick
: asat
II
V
7

Si ergo Dominus Gloriæ, voluit suam sibi gloriæ adeo sumptuose conquirere: quid nos oportet impendere, ut eandem, minime nobis debitam valeamus obtinere; Ac; si Dominus idem noster eandem nobis emere, emerique volens pretiosi sui sanguinis (post alios labores, sumptusque suos) impendio: quanto magis nos ipsos convenit, eandem nobis sumptu laborum dolorum, certaminumque acquirere? Quomodo nam hi ipsi nostri quancumque essent sumptibus ad eam acquirendam essent prorsus impares, nisi merita Domini nostri, meritis, laboribus, aliisque sumptibus nostris, hoc obtinuissent, contulissent; ut cælesti beatitudini emendæ, emendandæque sufficere possent.

5. Laborandum est pro cælesti beatitudine quia omnes Sancti pro ejus acquisitione laborarunt: Et laborarunt quidem tam multum, tam strenue, tam violenter, tam infatigabiliter, ut non dubitaverit Dominus noster, eorum conatibus, studiisque violentiam quandam attribueret, atque per eam cælum expugnatum, ac

Mat. 11. 12. raptum esse ab eis dicere. *A diebus (inquit) Joannis Baptistæ regnum cælorum vim patitur: & violenti rapiunt illud.* Cui non dissimile est dictum

Mat. 5. 10. ejusdem Domini; *Beati qui persecutionem patientur propter Justitiam, quoniam ipsorum est Regnum cælorum. Beati estis cum maledixerint vobis, & persecuti vos fuerint, & dixerint (atque etiam fecerint) omne malum adversum vos mentientes, propter me: gaudete, & exultate, quoniam merces vestra copiosa est in cælis.*

6. Laborandum est pro cælesti beatitudine quia si pro quisquiliis rerum caducarum filii hu-

ius sæculi, tantos sustinere non dubitant labores, sudoresque, quam & detrimenta, pericula, vulnera & ipsas mortes: quarum tamen & fructus non respondet spei, & vilissimus, brevissimus, quin & salutis Animarum æternæ nocentissimus usus esse solet. Quid nos Dei filios, pro æternæ beatitudinis indubitata possessione, laborum exhaurire, sumptuumque ponere oportet? *Omnis qui in agone contendit, ab omnibus se abstinet: & illi quidem, ut corruptibilem coronam accipiant: nos autem incorruptam.* Et ibi quidem omnes in stadio currunt, sed tamen unus tantum accipit bravium: hinc autem omnes quotquot currunt, fiad usque mortem currunt, à Domino coronantur. Ergo Filii Dei, & beatitudinis candidati, *Sic currite ut comprehendatis.*

1. Cor. 9. 25.

1. Cor. 9. 24.

1. Cor. 9. 34.

7. Laborandum est pro cælesti beatitudine: quia pro æternâ damnatione atque perditione infiniti reprobatorum populi, infinitas ærumnas, easdemque gravissimas, ac vix toleratu possibile, easdemque æternâ calamitate, plusquam certissimè cumulandas, & concludendas, avidissimis faucibus, & inexpletissimis cupiditatibus exhauriunt. Et pro æternis Dei bonis, cum ipsomet Deo æternum possidendis, filii lucis, filii Sapientiæ, filii Dei, pigrescent, horrescent, cunctabuntur, dubitabunt, pro duro, & pro gravi reputabunt, momentaneum, & leve tribulationis, & laboris, quod in præsentis est, subire, atque sustinere.

O cælestem beatitudinem, hoc solo infelicem, & parum beatam, quod tanta, licet sit, quanta revera est, quam oculus non vidit, nec auris audivit, neque cor hominis apprehendit, multo

1. Cor. 2. 9.

DRUR
SICK
: 480
II
V
7



toque minùs comprehendit; licet etiã cãta esse, fide certissima sciatur; tamen, à plerumque, non infidelibus, sed plane fidelibus, fide terque constantibus, contemnitur, despicitur, procrastinando luditur, leviculis, ridiculis operibus quãri potius fingitur, quam serio, ex animo reipsa quãritur. Viluit scilicet, non fidelibus, filiisque Dei: viluit (inquam) non Deus: & gloria, atque beatissima fruitio, neque possessio ejus. Neque erubescimus, plùs longe laborari à reprobis pro damnatione, quàm à prædestinatis & electis pro æternã beatitudine.

P R A X I S.

Domine, quis habitabit in tabernaculo tuo? quis requiescet in monte sancto tuo? Certe non opiosis, neque torpescantibus præparata, aut promissa est cælestis domus inhabitatio, atque beatitudinis æternæ fruitio. Nam egestatem operata est mansuetudo: & animæ negligenti, atque oriantis, mansuetudo erit in novissimis. Contendite intrare per angustam portam: dicit Dominus noster. Negotiantur dum venio. Ite in vineam meam, & operemini: quod justum fuerit dabo vobis. Ergo Anima laborandum est tibi, ergo vigilandum, ergo negotiantur dum, ergo in stadio decurrendum; ergo prælio decertandum, ergo in agone colluctandum, ergo in vinea operandum. Operandum autem, non cibum qui concupiscentiis perit, sed cibum qui permanet in vitam æternam, & quo alaris beatificæ in eternum. Ad magna præmia non pervenitur nisi per magnum laborem: & nemo coronabitur nisi qui legitime certaverit. Ergo si te o Anima delectat magnitudo præ-

miorum, non te deterreat certamen laborum : sed quidquid potest manus tua nunc instanter operare : quoniam nec ratio, neque consilium, neque sapientia, neque fortitudo, est apud inferos, quo tu properas. O Domine auge fidem, auge amorem, auge estimationem, auge desiderium beatitudinis celestis in me: Et simul auge conatum, auge studium, auge robur, auge sapientiam, auge perseverantiam, ad negotiandum, ad laborandum, ad patiendum, ad moriendum pro vitâ eternâ. Nam si oportuit pati Christum tuum, Dominum meum, Et ita intrare in gloriam suam; quid jam me servum, Et mancipium per omnia indignissimum, oportet facere.

EXERCITIUM V.

De Celestis Beatitudinis super labores excessu.

1. **S**Tatue te in Cælo præsentem, & intra in locum illum tabernaculi admirabilis, usque ad Domum Dei, in voce exultationis & confessionis, sonus epulantis.

2. Ad declarandam cælestis beatitudinis magnitudinem, ad conciliandum illi Amorem, estimationem, ad excitandum illius desiderium, & demum ad provocandum pro illius adeptione laborandi studium; facit quam plurimum: videre; cælestis beatitudinis super omnes labores, superque omnia merita, quæ pro illius acquisitione à Creatura exerceri aut exhiberi possunt, excessum.

3. Testantur illum; tum multa ex suprâ dictis, tum specialiter expressa illa affirmatio; Non sunt condignæ passiones, hujus temporis, ad futuram gloriam quæ reve'abitur in nobis: quâ unicâ assertionem Paulus, tum omnem nobis superbix,

Rom. 8. 18.

DRUR
SICK
: 430
II
V
7



ac de nostris meritis, laboribusque, quancumque
 ii sint, præsumptionis nervum incidit: tum beati-
 tudinis cælestis prægrandem quandam magnitu-
 dinem exposuit: tum munificentiam, magnifi-
 centiamque Dei, in præmiandis Sanctis suis com-
 mendavit: tum denique incredibilem quandam
 hujus præmiationis, seu beatitudinis supra omnia
 nostra, quæ habere & afferre possumus, merita,
 excessum, meritorumque cum ipsâ imparitatem
 atque tenuitatem explicavit.

4. Ad hoc ipsum explicandum, facit maximè:
 ejusdem Apostoli non minus graphicè de hoc
 ipso excessu dictum. Id, quod in præsentis est,

*2. Cor. 4. 17. momentaneum, & leve tribulationis nostræ, supra
 & 18. modum in sublimitate æternæ gloriæ pondus opera-
 tur in nobis. Non contemplantibus nobis quæ vi-*

*2. Cor. 5. 1. dentur, sed quæ non videntur. Quæ enim videntur
 temporalia sunt, quæ autem non videntur, æterna
 sunt. Scimus enim, quoniam si terrestris domus no-
 stra hujus habitationis dissolvatur, quod ædificatio-
 nem ex Deo habemus, domum non manufactam, æter-
 nam in cælis.*

5. His consona sunt, etiam Domini nostri hæc
 de re pronunciata, atque promissa: ait enim:

*Deut. 6. 38. Videte quid audiatis. In quâ mensurâ mensi fueri-
 tis, remetietur vobis, & adjicietur vobis. Mensu-
 ram bonam, & confertam, & coagitatam, & super-
 effluentem dabunt in sinum vestrum. Et alio loco*

*Matt. 25. 12. Dominus idem ait: Euge serve bone, & fidelis, quia
 super pauca fuisti fidelis, super multa te constituam,
 intra in gaudium Domini tui. Multa paucis op-
 ponit, multa præmia paucis meritis, paucisque
 laboribus, promittit: & insuper non gaudii sui in-
 servum, sed servi in gaudium suum, ingressum*

spon-

nemque: siquidem ex utrâque parte totum impenditur, quod habetur: tota Creatura in merendum benè de Deo, totus Deus in remunerandam Creaturam seipso Deo. Nihilominus quia plusquam abyssale Chaos esse inter immensam Excellentiam Dei, & minutissimam, propeque, ac propriè nihilissimam portionem Creaturæ; Nulla ideo est, nulla omnino proportio Creaturæ, cum suis meritis, laboribusve ad Deum, & Dei cum suis præmiis, remunerationibusque ad Creaturam. Nostra omnia quæ offerimus, mensurantur minuto, & momento: Divina verò, quæ accipimus, mensurantur ipso Deo, ejusque immensitate, & æternitate.

8. Denique labores nostri, excepto, quod sint Dona & Bona Dei, quid sunt collati cælesti Beatitudini?

1. Omnis labor noster hujus Vitæ pro Deo revera admodum levis est: Neque enim fallax est quid dixit; *Tollite jugum meum super vos, jugum enim meum suave est, & onus meum leve.* At beatitudo cælestis, est grandissimis omnibus, sive

Matt. 11. 29.
Et 30.

Genes. 15. 1.

2. Cor. 4. 17.

Matt. 25. 21.

otiis, sive negotiis, grandior ampliorque. *Meres est magna nimis. Glorie pondus est immensum.* *Gaudium Domini est, non quod capias tu, sed à quo capiaris & superobruaris tu. Quid grandius quam super omnia bona Domini Dei sui constitui? quàm videre DEUM sicuti est? DEUM habere, Deum possidere, Deo frui, Deo gaudere, Deum amare, Deo beatum esse, Deum laudare, & superexaltare, in sæcula sæculorum?*

2. Omnis labor noster pro Deo, & pro beatitudine cælesti, est brevis, imò brevissimus, atque adeo momentaneus: quia tantum hujus vitæ:

quæ

quæ est merus vapor ad modicum parens, & morte finitur, ad quam vita nostra omni velocitate velocius volat: At cælestis beatitudo æterna est: initium habet, finem non habet: quamdiu Deus erit Deus, qui semper est, eritque Deus; aliàs non esset Deus: tamdiu beatus erit Beatus, quia Deo est Beatus: aliàs non esset Beatus.

3. Omnis labor noster, pro Deo, & Cælo, vilis est, si suâ naturâ spectetur suisque momentis expendetur: audiamus Dominum dicentem: *Quò mibi multitudinem victimarum vestrarum? Nunquid sanguinem hircorum potabo &c.* Deinde; *cum omnia feceritis, quæ præcepta sunt vobis, dicite, servi inutiles sumus, quod debuimus facere fecimus.*

*Isaia 1. 11.
Ps. 49. 13.
Luc. 17. 10.*

Ipsa mors, seu vitæ in mortem expositio, ipsa sanguinis effusio, atque effusio nostra: quantula, seu quantulæ rei est? in quem usum venit DEO? Nos quidem his nihil possumus facere majus: at tamen hoc nostrum maximum, revera coram Deo, & in semetipso, est minimum, vilissimum, inutilissimum, planeque nihilum. Affectio Amoris nostri in Deum, pretiosissima & dignissima est omnium affectionum: hæc tamen ipsa tam nihil est, quam nos ipsi sumus nihil: neque affectio nihili, potest esse aliud nisi nihil: esto totum universum, omnisque populus creaturarum, toto se in hanc affectionem transeat: unde nec aliud quidquam Deo confert, nisi nudum nihil. At Cælestis Beatitudo, quæ nobis pro laboribus nostris rependitur, ipsa sibi ad omnem magnitudinem pretii, & æstimationis sufficit: nec ei quidquam addi potest, si Beatitudo est. Pretium ejus, omnia bona: & totus Deus: & æternitas possessionis, fruitionisque ejus. Quis autem potest esse

DRUR
PICKI
ascat
II
V
7

esse major, & melior, & alius usus Dei, quàm esse Beatum Deo ipso? Certè Deus hunc unum & solum, & summum, & omnem usum habet sui, quòd sit Beatus seipso.

4. Omnis labor noster pro cælesti Beatitudine, & pro Deo, unius tantùm, aut alterius generis est. Impares enim sumus pluribus: ac multò minùs pares omnibus. Possumus quidem desiderare labores quàm plurimos, sed desiderare tantùm: ultra desideria vix à nobis itur: imò ipsa desideria sua nemo nostrùm satis assequitur, & argumentum est, esse perexigua: si nostræ affecutioni seu executioni sint paria. At Beatitudo Cælestis, omnis generis habet in se præmia, habet flumina, habet fontes, habet ipsum mare præmiorum, cum æternitate. Est status omnium bonorum accumulatione perfectus. Si quod boni generis in Beatitudine Cælesti non est, illud beatitudine cælesti indignum est, proinde nec bonum est, ac ideo meritò in eâ non est. Denique: A sæculo non est auditum, neque aures perceperunt; oculus non vidit, Deus absque te, quæ præparasti expectantibus te. Occurristi lætanti, & facienti Justitiam: canit Evangelista Propheticus, ex eoque Apostolus.

P R A X I S.

Ita est Domine: ita est: quia tu DEUS noster vincis, & excedis omnia. Vincis non solum scientiam, non solum potentiam, non solum dignitatem, non solum dilectionem, non solum bonitatem nostram, sed etiam merita nostra, laboresque nostros. Revera Domine, non sunt condignæ passiones omnes nostræ presentis temporis ad illam gloriam, ad illum honorem, quo tu coronas nos pervenientes ad te.

Quod

Quod oculus non vidit, quod nec auris audivit, quod nec in cor hominis ascendit, hoc tu Domine preparasti iis, qui diligunt te. Superas merita, excedis vota, supergrederis desideria, vincis cogitationes, transcendis capacitates nostras; quantum tuâ Divinâ magnificentiâ dignum est, tantum circa nos beatitudine explendos, superexplendosque facis. Ergo nemo nostrum, dicat: multum amavi, plurimum laboravi, magna passus sum, multa sunt merita mea. Nihil enim condignum est his, quæ Deus preparavit, his, qui diligunt eum. Omnia omnium Sanctorum promerita, ad Bonum quod Cælesti Beatitudine possidetur in æternum, saltem momento unico possidendum, non sunt omnino condigna: & unus aliquis ostendet, aut obtendet, magnitudinem, multitudinemve meritorum suorum? Absit, absit, ut omni plenitudine plenissimus DEUS, vincatur ab inanitate, & nihilitudine Creaturarum: vinceretur autem, si vel adæquaretur saltem. Scimus: quod Deus noster pronus sit magis ad benignè quàm ad asperè faciendum: & quod misericordia ejus superexaltat iudicium ejus: & quod miserationes ejus sint super omnia reliqua opera ejus. DEUS ergo noster, habuit diluvium iræ suæ magnæ nimis, quo delebit per aquas scelera mundi: habebit diluvium potestatis suæ grandis nimis, quo delebit per ignem, istud consensescens universum: habet diluvium vindictæ suæ finem non habentis, quo de penis æternis damnatorum, ascendet fumus tormentorum eorum in sæcula sæculorum: Et non habebit Deus diluvium beatitudinis æternæ, quo superexcedat, & superobruat in immensum amplius atque amplius merita & labores electorum suorum? Utique Dominus diluvium inhabitare facit in domo sua, & sedebit, atque

Dr. U. P. K. I. 4801
II
V
7

que regnabit Dominus Rex universæ felicitatis, atque beatitudinis, cum suis, & in suis Sanctis, in æternum: Vincens eos, triumphans eos, obruens eos, diluvio miserationis, diluvio beatitudinis, diluvio divitiarum, diluvio gaudii, diluvio bonorum suorum, diluvio suæ ipsius Essentiæ atque perfectionum, diluvio possessionis æternæ. Tunc o beatissima Natio Electorum Dei, tunc videbis, & afflues, & mirabitur, & dilatabitur cor tuum, quando conversa fuerit ad te plenitudo maris: quando Deus non solum fluvium pacis beatæ immittet in te: non solum torrente voluptatis potabit, & inebriabit te, non solum ad vitæ fontes aquarum ducet te, sed etiam diluvio, quo omnium beatitudinis æternitatem, æternamque beatitudinem, super, superque implet, te quoque superimplebit, superobruet, supersepeliet in æternum.

EXERCITIUM VI.

De Tedio ad Cælestem beatitudinem.

1. **S**tatue te in Cælo præsentem, & intra in locum illum tabernaculi admirabilis, usque ad Domum Dei in voce exultationis, & confessionis, sonus epulantis.

2. Ea est conditio Vitæ nostræ hujus mortalis, ut licet eam nihil sit miserius, tamen nos minime tædeat illius: adeo vix unum, alterumve de nobis reperias, qui ex animo dicat; *Tædet animam meam Vitæ meæ*: vel: *Hei mihi, quia incolatus meus prolongatus est: multum incolatus fuit Anima mea: sed patim amamus miseri miserrimas nostras miserrimas.*

3. E contra, ea est beatæ Vitæ, quoad nos

hic

hæc viventes ratio, ut quamvis revera sit eâ nihil melius, ac optabilius, & felicius, nobis tamen vulgò sit in magnâ oblivione, & neglectu. Si quando de eâ nobis venit in mentem, venit tanquam de re nihil ad nos attinente, tanquam de re nihili, tanquam de bono, quod perinde sit perdere, atque habere. Curam ejus in postremis, minimisque ducimus, in longum, atque in extremum differimus. Desiderare, ad illam tædere, anhelare, festinare, ridiculum, superfluum, illiberale, & minimè ad præsens spectans videtur.

4. At ea res multam Deo nostro bilem in nos excitat, iramque ciet: ut clementissimus alioqui Deus denunciare cogatur; Dico vobis: quia *nemo virorum illorum, qui vocati sunt, gustabit cænam meam.* Nimirum: quia novit DEUS, quantum bonum sit cælestis beatitudo à se hominibus præparata; novit etiam quanta sit hominum in ejus neglectu ingratitude, quanta perversitas, quantus stupor, atque damnificatio, demumque damnatio. Inde in corde Divino dolor, inde ira, inde indignatio, inde perpetuis, novisque semper miseris, amaram nobis reddere satagit præsentis temporis vitam: ut mala quæ nos in præsentem affligunt, tædiosam & exosam nobis hanc vitam reddant, nosque de alterâ feliciore cogitare, & ad eam contendere compellant.

5. Anhelandum ergo, & tædio (ut sic loquar) emarcescendum est ex hâc vitâ ad illam aliam, per expectationem beatæ illius tam spei, quàm rei, ac adventûs gloriæ magni Dei.

1. Quia in hâc vita miserrimi sumus, velimus nolimus: & quidem non tantum omnes omnino

DRUR
PICKI
: 431
II
V
7

omnino, sed etiam ii vel maximè, qui aut sibi, aut vulgo videntur miseri minimè, felices maximè. Hi enim, si benè, ac intimè, sortem suam (quam putant felicem) introspiciant, sine ullo dubio invenient plenissimam esse molestiarum, curarum, indigentiarum, laborum, periculorum, invidentiarum, inconstantiarum, mutationum: uno verbo dicam, ærumnarum & calamitatum: quibus illi, qui vulgò miseri sunt, videnturque, reverâ carent: atque ex hac parte, felicibus illis feliciores sunt, atque insuper ad evadendum ex suis miseriis expeditiores.

2. Anhelandum, tædendumque est ex hac vitâ ad Cælestem beatitudinem: quia hæc vita laboris est: illa autem mercedis. Igitur à labore ad requiem, ab opere ad mercedem, à periculis ad securitatem, à bello ad pacem, à molestiis, & ærumnis ad solatia, ab amaritie ad dulcedinem: denique à miseriis ad beatitudinem aspirandum, anhelandum, tædendum est.

3. Hoc tædium exacuere in nobis debet vel maximè: quia dum hîc vivimus; in perpetuo, simulque multiplici, & quod caput est, evidenti, atque difficili superato periculo, sumus; excidendi beatitudine illâ: incidendi autem in perditionem extremam, ac æternam. A quo omni periculo, in perpetuum liberat nos Cælestis beatitudinis adeptio. Ergo ad illam totis viribus animi tædendum, tendendumque.

4. Quid quòd Deus noster delectatur huiusmodi tædio nostro ad ipsum? ponitque hoc, inter magni, atque sibi valde placiti Amoris erga se signa, atque exercitia, & pignora. Inde propè est talibus Amatoribus: indulgens eis, solatia-

que

que submittens, & variis gratiæ suæ modis eos in tædio suo vovens, insuperque ad beatitudinem certiùs, ac uberiùs capiendam disponens: ac pro modo, mensurâque tædii ipsius, beatitudinis copiam illis præparans.

5. Ampliùs aliquid dicere licet, & libet. Deus noster tædio afficitur, ex eo; quòd nos adhuc extra illum, extra ejus possessionem, fruitionemque simus, quòdque ad illum hereditandum non sustinemus, accurramusque. Cùm enim plenus sit beatitudine, & prægnans, atque parturiens illam, cum immensitate, ac infinitudine; afficitur tædio: cùm non habet in quos effundat partûs beatificationis suæ. In hoc tædio sublevamus Deum nostrum, quando, quàm maximè, quàm anhelosissimè, quàm tædiosissimè, ipsi pro nostra quoque parte, ad ipsum Deum, ad ejusque beatitudinem suspiramus, beatificationique ab ipso, quàm copiosissime disponimus nos, & aptamus.

6. Tædendum etiam est ad Beatitudinem: ex eo, quia Deo nostro multùm displicet, si nos videat non esse ardentés in desiderio, in tædio, in anhelitu, seu in tædendo, & in anhelando ad ipsum, ipsiusque beatificam fruitionem. Et justa quidem est hæc displicentia: nam non tædere ad Deum, & ad fruendum ipso, est quædam vilificatio Dei, minusque digna, tam ipsius, quàm fruitionis ejus ponderatio, ac æstimatio. Si enim æstimaretur, prout dignum esset æstimari ipsum à nobis, sine dubio totis viribus amaretur, concupisceretur, tædiosissimèque, sine illo hic viveretur, hinc festinaretur ad ejus possessionem,

V. P. Druzb. Op. V.

Et

atque

atque fruitionem. Quod qui non facit: minus diligit.

7. Est etiam illa tædendi ad Beatitudinem cælestem idonea valde causa: quia & Dominus noster JESUS Christus, & Beatissima ejus Mater, universus quoque Beatorum populus, ardentissimè & tædiosissimè (tædio nimirum Charitatis beatificæ afficiente, non conficiente) nos expectant, nosque prospectant, si fortè ad augendum ipsorum numerum, ad cumulandam ipsorum gloriam, totis Animorum, Cordiumque viribus, & conatibus, & tædiis, & festinationibus accurramus, ad ipsosque adjungi acceleremus. Quod, si facimus; id quod illis gratissimum est, facimus: sin autem in eodem studio torpescimus; ingratum, indignumque spectaculum ex nobis, Christo Domino, ejusque Sanctis exhibemus.

8. Tendendum est cum tædio ad cælestem Beatitudinem: quia non tædere, neque anhelare ad illam, signum est, quòd Animus noster adhæreat, immerfusque sit carni, & sensui: & his caducis rebus: indicium est, quòd *adglutinat* sit in terrâ *venter noster*: argumentum est, quòd qui tales sunt, indigni sint nuptiis Agni: & ingrati Deo: quo an possit eis aliquid evenire perniciosius, viderint qui tales sunt.

9. Tædendum denique est ad cælestem Beatitudinem: quia quem tædet ad illam: eundem tædet etiam hujusce mortalis vitæ, tædet illum hic vivere & periclitari, *concupiscit*, & *desicit in atria Domini*: dulce illi est cælestia cogitare, pro cælestibus laborare: redditur illi infatigabilis, infatiabilisque animus: redditur omne opus dulce,

Pf. 43. 25.

Pfal. 83. 1.

omne onus leve, omnis mora longa: quamdiu non educitur de custodiâ, & vinculis corporis hujus, conversatio illius assidua est in caelis: pœna illi est vivere, solatium mori.

Ergo anhelandum est, ergo tædendum ad caelestem beatitudinem: ubi est vita sine morte, requies sine tædio, gaudium sine fastidio, beatitudo sine fine, Deus noster, & nobis omnia in æternum.

P R A X I S.

Tædet animam meam vitæ meæ Domine Deus meus, & vera vitæ meæ, tædet eam hujus vitæ misera, periculosa, peccaminosa, insidiis hostium, ruinis in peccatum, indignationibus justæ iræ tuæ, obnoxia. Tædet Animam meam vitæ hujus, quæ adhuc vivit: & tædet eam, ad illam vitam, quæ necdum vivit. Ab mea vitæ, vitæ dulcis, vitæ jucunda, vitæ felix, vitæ beata, quando venies mihi, quando veniam ad te, quando vivam Te? O vitæ vivens cum Deo, vivens ex Deo, vivens in Deo, vivens de Deo, vivens Deo. Tu nos expectas, tu nos invitans, tu nos desideras: & nos ignoramus te, negligimus te, elongamus nos à te, & tardamus ad te. Bis infeliciter miseri: nam & miseram vitam istam miserè amamus, & illam beatam vitam miserius non amamus. Tædet Domine, tædet, aut si nondum tædet, oro tædeat, animam meam vitæ hujus temporis, ad vitam beatæ eternitatis. O Anima! curre, satage, labora, festina, anabela, concupisce, ardesce ad illam vitam, cui non succedit mors, ad vitam beatam, quæ nescit miseriam: ad vitam, cujus vitæ DEUS est.

EXERCITIUM VII.

De Cælestis Beatitudinis Gustatione.

I. **S**Tatue te in Cælo præsentem: & intra in
Ps. 41. 5. *lum locum tabernaculi admirabilis: usque ad*
Domum Dei, in voce exultationis, & confessionis
sonus epulantis.

2. Beatitudo Cælestis usque adeo ad Gustu
Ps. 33. 9. *Gustate & videte, quoniam suavis est Dominus: oportet*
 facta est, & gustationem sui requirit; ut sine gu
 stu haberi non possit; ut non nisi per gustum ha
 beri possit. Inde illa Sapientis experti monitio
 tet ut gustus præcedat, & tum visio succedet, quæ
 mumque Vita Beata, & æterna possidebitur.

3. Hæc Veritas etiam in hâc vitâ suum locum
 habet: isteque servandus est ordo festinantibus
 ad cælestem beatitudinem, ut eam prius hîc de
 gustent, peream, quæ hîc possibilis est degu
 stationem.

4. Sed ante omnia, necesse est, præcedat
 mundatio, & expurgatio palatii nostri, acetum
 fo, & felleo sapore terrenarum, sensualiumque
 dulcedinum infectissimi. Melle implendus
 ô homo: & melle super favum dulciore. Si acetum
 to plenus es, ubi istud cæleste mel pones? Effunde
 de prius acetum: ut securè, ut beatè, melle
 vino implearis. Desere terram, ut apprehendas
 das cælum: sordescat tibi sensus, ut dulcescat
 ritus: perde, & annihila temetipsum, ut Deum
 possideas. Nam *Matth. 5. 8.* *Deum videbunt, Deum gustabunt, Deum possidebunt,*
 cælestique beatitudine perfruentur.

5. Mundato Cordis palato, ad Gustum Cæli porrigendum est Cor.

1. Primò quidem Fide: nam hæc est; quâ & purificantur, & acuuntur corda nostra, ad gustandum donum cæleste. Nisi enim Fides credit, mens etiam non capit, multoque minùs cupit; aut gustat. Prima Fides pincernam mentis agit, sine quâ impossibile est placere Deo Animam: placereque Deum Animæ. Exercenda ergo est quàm creberrimè fides cælestis vitæ, atque beatitudinis.

2. Cui spes succedat, non minùs firma & certa, quàm vegeta, & crebra beatitudinis æternæ: quâ Coa nostrum certo certius ipsum sibi persuadeat, & persuadendo occinat; *Scio cui credidi: quia satiabor, cùm apparuerit gloria Domini: quam paravit in dulcedine suâ*, mihi pauperculo licet, attamen suo fideli *DEUS*, qui sicut dignatus est promittere, ita & potens, & certus est præstare, ac reddere, quod promisit. Spero igitur, spero, & hac spe spiro, & suspiro: ipsumque suspirium meum, gustus est meus, dulcis gutturi meo.

3. Spes non est invida boni sui, trahit secum desiderium amoris, & amorem desiderantem, anhelantemque: imò ipse est manus spei, quâ apprehendit: ipse est os ejus quo gustat: id quod sperat. Nescit enim spes confundere, sicuti & nescit confundi: sed Amores desiderii, desideria Amoris miscens, atque cumulans, ingreditur in potentias, apprehendit miserationes, tenet promissiones, gustat dulcedines Domini Dei sui, aliquando quidem de longè, sed aliquando etiam de propè: prout *spiritus*, qui *scrutatur*.

Ec 3

tatur,

tatur, etiam profunda Dei, aperire, & donare dignatur desideranti.

4. Post hæc Charitas os suum aperit, gutturque exerit ad gustandum, quod præparavit Deus diligentibus se. Quæ sicut est impatienter patiens, & patienter impatiens, urget corda, acuitque palatos, ad gustandum, ad ruminandum, ad eructandum, illud bonum, illud suave, illud mellifluum, illud cæleste, illud beatificum, illud Divinum, diligentes remunerans, esurientes satians, sitientes inebrians, inanes replens.

5. Os Charitatis suspiratio est: fauces ejus desiderium ejus: dentes ejus, meditatio est: ventriculus ejus, memoria est: fructus & gustus ejus, contemplatio est; fames ejus, tædium & expectatio ejus, ructus ejus, plenitudo ejus, calor & digestio ejus; fervor, & ardor, & assiduum profectus ejus: denique ruminatio ejus, est illa repetita, illa innovata, illa irrequieta, illa indeficiens, illa inexplebilis, illa oblivionem nesciens, absentiam non ferens, dilatione tabescens, remoris inardescens, affecutione & experimento increscens, gulositas & ingluvias Charitatis nunquam dicens, Sufficit: sed semper oggerens Deo, totique Cælo: ades ades: affer affer: amplius amplius, adhuc adhuc.

6. Huic Charitati, & sedandæ, & etiam irritandæ, is, qui bene novit Genium ejus, Spiritus sanctus, cælestem beatitudinem, maximam partem laudat, per eas appellationes, similitudinesque, ac figuras, quæ specialiter ad gustandum pertinent. Hoc sibi vult Manna Angelorum, *se-*

Pf. 77. 24.

& 25.

Prover. 9.

Lsc. 14. 16.

Gigantum de Cælo panis: hoc Convivium Sapientie, Cena magna, nuptia filii, Regis, Nuptia Agni

hoc dis-
boris
um Af-

7
Convi-
que V
habet
unum
bet Ef-
tiam,
Bonita-
Dulce
Ætern
Verbu
habet
eorum

4-
ne rec
deside
totis v
natio
tudine
nem S

8.
mus ex
lite ne
deam
secur
nos.
dic. 18
quo n
tur in
gliger
cum:8

hoc discubitus caelestis, torrens voluptatis, fructus Arboris Vitæ. Terra lacte & melle manans. Convivium Afueri Regis. Epulum Eucharisticum.

7. In hoc Epulo Cælestis beatitudinis, atque Convivio, habet Charitas etiam hujus Vitæ, atque Viæ, licentiam gustandi de Cibis Beatorum: habet Deum, habet Trinitatem Deum, habet unum in Essentiâ, trinum in Personis Deum habet Essentiam Dei, habet Vitam, habet Sapientiam, Potentiam, Misericordiam, Charitatem, Bonitatem, Justitiam, Æquitatem, Veritatem, Dulcedinem, Pulchritudinem, Immensitatem, Æternitatem, omnem perfectionem. Habet Verbum Incarnatum, habet ejusdem Matrem, habet omnes Cives Cæli, cum omnibus bonis eorum.

4. Hæc nosse, hæc recordari, hæc meditatione recolere, hæc contemplari, hæc amare, hæc desiderare, hæc toto charitatis ardore, totâ fame, totis viribus concupiscere, ad hæc tædiosâ festinatione rapi; Hæc inquam gustare, dixi beatitudinem cælestem, beatitudinem Dei, beatitudinem Sanctorum.

8. *Nunc ergo surgite, ascendamus ad eos. Vidi enim terram valde opulentam, & uberem. Nolite negligere, nolite cessare. Eamus, & possideamus eam. Nullus erit labor. Introibimus ad securos, ad beatos, ad amantes, & expectantes nos. Introibimus in regionem latissimam: Judic. 18. 9. tradetque nobis Dominus locum, in quo nullius rei est penuria, eorum quæ gignuntur in terrâ viventium. Tantum modo nolite negligere: nolite cessare. Dominus Virtutum nobiscum: & gaudet, sititque sitiri à nobis, Deus noster.*

E c 4

PRA-

DRUR
PICKI
: 480
II
V

P R A X I S.

Domine Deus meus, qui me ad iuaginem & similitudinem tuam ex nihilo meo creasti: & cum ipse me perditum fecissem, rursùm me per sanguinem Filii tui reparasti: ideò vel maximè; ut me beatissimæ Vitæ, atque gloriæ tuæ, participem omnino redderes, prout ad hanc participationem me ab æternis destinasti, atque in tempore vocasti, & fidei tuæ certissimo lumine de hac meâ vocatione me edocuisisti, promissionibus quoque tuis, & Filii tui meritis, spem, & expectationem in me, ejusdem beatæ gloriæ radicasti, atque fundasti: & denique Charitatis amorem, ardoremque in me succendisti, ut per illum, & desiderare, & promereri, & gustare, atque etiam aliquantulum experimentum capere, hujusce beatissimæ Vitæ, & gloriæ possem: Dignissimæ, Benignissimæque Majestati, ac Pietati, immortales, immensasque, quantum possum gratias ago, pro istius omnium beneficiorum erga me tuorum cumulatissimo complemento. Effice Domine in me gustum, tantæ tuæ in me beneficentiæ: hoc est beatissimæ istius Vitæ, & Gloriæ tuæ. Gustem illam fide vivacissimâ, spem firmissimâ, Charitate ignitissimâ, desideriis ardentissimis, memoriâ vivacissimâ, meditatione frequentissimâ, contemplatione affectuosissimâ, & perpetuosissimâ: tædio ad illam anhelosissimo, suspiratione infatigabilissimâ, expectatione constantissimâ, experimento tali, quale huic vitæ fas est habere maximum. Gustem Domine, Beatitudinis tuæ dulcissimæ abundantiam, sed ad gustum tuum, non vero ad meum, aut si etiam ad meum; attamen etiam ad hunc ipsum, propter suavissimum, plenissimum, delicatissimum, purissimumque Gustum tuum,

Psalmus

Anhelantis ad Deum: eumque sitientis.

Quemadmodum desiderat Cervus ad fontes aquarum: ita desiderat Anima mea ad te DEUS. *Psal. 41. 2.*

Sitivit Anima mea ad Deum, fortem vivum: Ibidem. quando veniam, & apparebo ante faciem Dei.

Fuerunt mihi lachrymæ meæ, panes die, ac nocte: dum dicitur mihi quotidie: Ubi est Deus tuus? Ibidem.

Tibi dixit cor meum: Exquisivit te facies mea: *Psal. 26. 3.* faciem tuam Domine requiram.

Deus Deus meus, ad te de luce vigilo. *Psal. 62.*

Sitivit in te Anima mea: quàm multipliciter tibi caro mea! Ibidem.

Interrâ desertâ, & inviâ, & inaquosâ: sic in Sancto apparui tibi: ut viderem Virtutem tuam, & Gloriam tuam. Ibidem.

Expandi ad te manus meas: Anima mea sicut terra sine aqua Tibi. *Psal. 142. 6.*

Dominus pars Hereditatis meæ, & Calicis mei. *Psal. 15. 5.* Tu es qui restitues hereditatem meam mihi.

Funes ceciderunt mihi in præclaris: etenim hereditas mea præclara est mihi. Ibidem.

Et nunc quæ est expectatio mea: nonne Dominus? *Psal. 38. 3.* & Substantia mea, apud te est.

Quid mihi est in Cælo? & à te quid volui super terram? *Psal. 72. 25.*

Defecit Caro mea, & Cor meum, Deus cordis mei, & pars mea Deus in æternum. Ibidem.

Clamavi ad Te Domine: dixi: Tu es Spes mea, *Psal. 141. 6.* Portio mea in terra viventium.

Ego autem in Justitiâ apparebo conspectui Tuo: *Psal. 16. 15.*

E e s

Satia-

Satiabor cum apparuerit Gloria tua. Gloria Patri,
& Filio, &c.

Psalmus.

Dissolvi, & Patriam celestem cupientis.

- Psal. 141. 8.* **E**Duc de custodia Animam meam: me expectant
Justi: donec retribuas mihi.
- Psal. 19. 5.* Heu mihi, quia incolatus meus prolongatus est:
habitavi cum habitantibus Cedar. Multum incola
fuit Anima mea.
- Psal. 25. 8.* Domine dilexi decorem Domus tuæ: & locum
habitationis Gloriæ tuæ.
- Psal. 26. 4.* Unam petii à Domino, hanc requiram: ut inabi-
tem in Domo Domini, omnibus diebus vitæ meæ.
- Ibidem.* Ut videam Voluptatem Domini: & visitem Tem-
plum ejus.
- Psal. 35. 8.* Filii hominum in tegmine alarum tuarum spera-
bunt.
- Ibidem.* Inebriabuntur ab ubertate Domus tuæ: & tor-
rente Voluptatis tuæ potabis eos.
- Ibidem.* Quoniam apud Te est fons Vitæ: & in Lumine tuo
videbimus lumen.
- Psal. 41. 5.* Hæc recordatus sum: & effudi in me Animam
meam: quoniam transibo in locum tabernaculi ad-
mirabilis, usque ad domum Dei.
- Ibidem.* In voce exultationis & confessionis: Sonus epu-
lantis.
- Psal. 83. 1.* Quàm dilecta tabernacula tua Domine Virtutum:
concupiscit, & deficit Anima mea in atria Do-
mini.
- Ibidem.* Quia melior est dies una in atriis tuis: super millia.
Gloria Patri, & Filio, & Spiritui Sancto, &c.

Psal-

Psalmus.

In idipsum.

Quoniam elegit Dominus Sion: elegit eam in Psal. 131. 13.
habitationem sibi.

Hæc requies mea in sæculum sæculi, hic habitabo: Ibidem.
quoniam elegi eam.

Si oblitus fuero tui Hierusalem: oblivioni detur Psal. 136. 5.
dextera mea.

Adhæreat lingua mea faucibus meis: si non me- Ibidem.
minero tui.

Si non proposuero Hierusalem, in principio lætitiæ Ibidem.
mea.

Lætatus sum in his, quæ dicta sunt mihi: in domum Psal. 121. 3.
Domini ibimus.

Stantes erant pedes nostri, in atriis tuis Hieru- Ibidem.
salem.

Hierusalem, quæ ædificatur ut Civitas, cujus parti- Ibidem.
cipatio ejus in idipsum.

Illuc enim ascenderunt tribus, tribus Domini: Ibidem.
testimonium Israël, ad confitendum Nomini Domini.

Quia illic sederunt sedes in iudicio: sedes super Ibidem.
domum David.

Rogate quæ ad pacem sunt Hierusalem: Et abun-
dantia diligentibus Te.

Fiat pax in Virtute tuâ, Et abundantia in turri-
bus tuis.

Propter fratres meos Et proximos meos: loque-
bar pacem de Te.

Propter domum Domini Dei nostri: quasi vi Bo- Ibidem.
na tibi.

Gloria Patri, &c.

CON-

CONTEMPLATIO

Gloriæ Cælestis ex D. Bernardo.

Penetrandi sunt Celi Sancti, vivi, rationales, qui enarrant gloriam Dei: qui favorabili quadam pietate, nostris se votis libenter inclinant. Et sinuat ad tactum nostræ devotionis affectibus, in sua nos recipiunt viscera Charitatis, quoties digna ad eos intentione pulsamus. Pulsanti enim aperietur. Licet itaque unicuique nostrum, etiam hoc tempore mortalitatis, cavare sibi, quacunq[ue] parte volet, cavernas supernæ maceriæ. Nunc quidem Patriarchas revifere: nunc verò salutare Prophetas: nunc Senatui immisceri Apostolorum: Martyrum admirari triumphos, eorumque Coronas suspicere purpureis vutilantes floribus: nunc Virginum inseri Choris, et redolentes liliis catenis admirari: atque ad mellifluum novi Cantici sonum, quantum prævalet infirmitas, cordis erigere auditum. Stupere etiam pulcherrimos ordines Angelorum et Beatarum mentium statûs, et mansiones, à minimo Angelo, usque ad Cherubim et Seraphim, totâ mentis alacritate percurrendo, lustrare, prout quemque sua devotio feret. Post hæc autem humiliter prosternere, Cor ante Thronum Dei, et Agni: delectatur quippe istiusmodi cavernis Deus, ex quibus sibi vox resonat gratiarum actionis, vox admirationis et laudis, vox gemituum, desiderii, et petitionis. Felix mens, quæ sibi in hac maceriâ frequenter cavare studuit. Sic quippe peregrinam Anima, et exulans, sacris meditationibus, tanquam cælestibus pascitur bonis: Dei beneplacitum, et Mystera Voluntatis ejus inquirat, et agnoscit: penetrat etiam devotione Cælos: ut dicere possit; Hæc requies

quies mea: hic habitabo, quoniam elegi eam. Sermon.
62. in C.

Ex D. Gregorio Papa.

Quæ autem lingua dicere, vel quis intellectus capere sufficit, illa, superna Civitatis, quanta sint gaudia? Angelorum Choris interesse, cum Beatissimis Spiritibus gloriæ Conditoris assistere, præsentem Dei vultum cernere, in circumscriptum lumen videre, nullo mortis metu affici, incorruptionis perpetua munere letari. Hom. 17. in Eu.

Ex Ven. Bedâ.

Verum super hæc omnia est, consociari Angelorum, & Archangelorum cœtibus. Thronis etiam, & Dominationibus, Principatibus, & Potestatibus, omniumque cœlestium supernarum Virtutum contubernio perfrui: & intueri agmina Sanctorum splendidius syderibus micantia. Patriarcharum fide fulgentia. Prophetarum spe letantia. Apostolorum, in duodecim tribubus Israël, Orbem judicantia. Martyrum, purpureis Victoriæ Coronis lucentia. Virginum quoque Choros, candentia ferta gestantes, conspicere. Ser. 18. de SS.

Ex S. Cypriano E. M.

Considerandum est, Fratres dilectissimi, & identidem cogitandum, renunciasse nos mundo: tanquam hospites, & peregrinos hic interim degere. Amplectamur diem, qui assignat singulos domicilio suo, qui nos hinc ereptos, & laqueis secularibus exsolutos, paradiso restituit, & regno cœlesti: Quis non

non peregre constitutus properaret in Patriam regredi? Quis non ad suos navigare festinans, ventum prosperum cupidius optaret, ut velociter, charos liceret amplecti? Patriam nostram paradysum computamus: parentes Patriarchas habere jam cepimus: quid non properamus, & currimus, ut patriam nostram videre, ut parentes salutare possimus? Magnus illic nos chororum numerus expectat: parentum, fratrum, filiorum, frequens nos, & copiosa turba desiderat: jam de sua immortalitate secura, & adhuc de nostra salute sollicita. Ad horum conspectum, & complexum venire, quanta & illis, & nobis in commune letitia est? Qualis illic caelestium regnorum voluptas, sine timore moriendi, & cum aternitate vivendi? quam summa, & perpetua felicitas? Illic Apostolorum gloriosus chorus: illic Prophetarum exultantium numerus: illic Martyrum innumerabilis populus, ob certaminis, & passionis victoriam coronatus. Triumphantes illic Virgines, que concupiscentiam carnis, & corporis, continentiae robore subegerunt. Remunerati misericordes, qui alimentis, & largitionibus pauperum, justitiae opera fecerunt: qui Dominica praecepta servantes, ad caelestes thesauros terrena patrimonia transtulerunt. Ad hos Fratres dilectissimi, avidam cupiditate properemus, ut cum his cito esse, ut cito ad Christum venire contingat, optemus. Ex Libro de Mortalitate.

Amor & Desiderium Caeli.

O Caelum, toto me, desidero te.
 O Caelum Caeli, toto me anhelos ad te.
 O Caelum caelans: toto me festino ad te.

O Do

O Domus DEI, quando inhabitabo te?

O Ingens Locus habitationis Dei quando capies me?

O Terra Viventium, quando vivam in te?

O Patria, quando revertar ad te?

O Gaudium Domini mei, quando intrabo in te?

O Civitas DEI, quando Civis tuus ero?

O Jerusalem quæ sursum es, Mater nostra, quando videbo & inibo Claritatem tuam?

O Terra promissionis: quando veniam ad te?

O Templum Domini: quando visitabo te?

O Letantium habitatio: quando letabor in te?

O Regnum Pacis: quando pacificabor in te?

O Hereditas, quando hereditabo te?

O Tabernaculum admirabile: quando ingrediar te?

O Regnum Dei: quando regnabis in me: & regnabo in te?

O Beatorum Sedes: quando & ego sedebo in te?

O Christi & Sanctorum Hereditas: quando possidebo te?

O quæ edificaris ut Civitas: quando inserar structure tuæ?

O Paradisus, quando incolam te?

O Portus, quando tenebo te?

O Bravium, quando apprehendam te?

O Corona Justitiæ: quando coronabis me?

O Regio Beatitudinis: quando beatificabis me?

O Sion: quando videbo Deum deorum in te?

O Pulchritudo Pacis: quando exornabis me.

O Tabernaculum fiduciæ: quando in te securus ero?

O Requies opulenta, quando ditabis me?

O Vita perennis fons: quando satiabis sitim meam?

O gloria Dei: quando glorificabo te, & glorificabor in te?

O Tor-

- O Torrens voluptatis: quando patabis me?
 O Civitas Magni Regis: quando conscribar in te?
 O Cœna Magna: quando accumbam ad te?
 O Denarius diurnus: quando redderis mihi?
 O Fluvius Pacis: quando immitteris in me?
 O Diluvium: quando te Dominus inhabitare facies
 in me?
 O Vitæ fontes aquarum: quando deducar ad vos?
 O Ubertas Domus Dei: quando inebriabor abste?
 O Gloria Domini: quando apparebis ad satiandum
 me?
 O Meridies: quando pascar, quando cubabo
 in te?
 O Terra lacte & melle manans: quando inducar
 in te?
 O Possessio æterna: quando adibo te?
 O Beata æternitas: æterna Beatitudo: quan-
 do perennabo in Te?

